ARCHIVIO GENERALIZIO - Sezione Storica

Chierici Regolari Somaschi

n. PEB 955

IJsewijn

Haasrode, 31 december 1967

Curia Generalizia - Roma

79

UNIV. CATHOL. LOVANIENSIS + SEDES SAPIENTIAE +

KATHOLIEKE UNIVERSITEIT
TE LEUVEN

Haasrode, pridie Kal. Ian.
MCMLXVII

BIBLIOTECA P.P. COMASCHI
COLLEGIO GALLIO
* COMO *

Pater Carissime!

Cum ne ultimis hisce anni diebus a muneribus me magis magisque opprimentibus vacare possem, nullum tamen amicitiae et memoriae signum tibi mittere nolui. Quare has raptim scriptas litterulas pro pignore habeas studii erga te mei meoque numquam ex animo dilapsuri. Iam multi abierunt menses a quo te vidi, a quo tecum Romae verno tempore sum locutus. Viridis superest memoria, quam aliquando renovari posse spero. Fieri potest ut mense Iulio proximo Romam petam ut per duas septimanas libros inspiciam manu scriptos in bibliotheca Vaticana. Fortasse et te videbo!

Quo statu nunc est salus tua et valetudo? Nos valemus omnes at pessimo ventorum imbriumque tempore cotidie fere ferimur et torquemur. Dies natalis non erat nivosa sed pluviosa. At sol maneat in cordibus nostris, Deo iuvante.

Vale, Pater, in novum annum et nostri memor semper esto! J. Ysewijn

Parva nosti, Josephe, omnia tibi dona
Kalendis
~~[illegible]~~
mitto, dum fera per tempora fausta vale.